

329  
candide nihilominus accipies, praesertim cum responderi  
tibi amanter petiveris. Multa consulto preteris, quia hos  
labyrinthos non libenter ingredior, nec mihi de clarissimo-  
rum virorum rationibus iudicium sumo, et vel hic ma-  
ximè currendum esse arbitror, ut ne extra oleas. De no-  
stris rebus prolixè vos edocebit Dominus Kenneberg, cui  
Academia nostra nuper publicam professionem Hebrae  
linguae commisit. Feliciter vale et me, quod facis, ama-  
tuorum certè in me meritorum memoriam nunquam  
depono, teq; observo et veneror Praeceptorem modis omni-  
bus charissimum. Deus te cum familia servet Ecclesia  
incolumem quam diutissime, ac tuis laboribus cumulate  
benedicat. Saluta ex me fratres, cum primis D. Librandum  
et M. Lockium. Heidelbergae ib. Augusti 1594

261/  
Nobili et Magnifico Viro Dno Gregorio Trubelio fodina-  
rum Scepusianarum Curatori; Domino suo perpetua  
observantia colendo salutem.  
Discedentem ex Academia nostra, mihiq; valedicentem Grego-  
rium filium tuum cum Petro Wilhelmo Praeceptore, Vir No-  
bilissima, non potui alio quam invidiosas officio prosequi, et  
bene precari, ut saluus saluos parentes conspectu suo exhibe-  
ret, et quando deinceps ei ex schola umbra in lucem Reipubli-  
cae prouidendum erit, paterna prudentia iuxta et pietatis vesti-  
gia sectatus, salutare organum dei semper existat. Vixit hoc  
biennium in Academia ferè semper in conspectu meo, sub eodem  
tecto, iisdemq; parietibus collegii nostri, etiam conversatione  
familiari cum domesticis meis. Iste locus ei ad modestiam  
ac sedulitatem non parum forte profuit: liberalis ingenioq;  
adolescentis cum paulo officio fungi mihi semper visus est,  
studiorum progressus etsi exploratos non habeam, tamen quae

Præceptoris viri optimi perpetuo in eum fides diligentiaque fuit  
non modo doctrina celestis cognitione ita imbutum esse confisi  
ut rectam salutis viam per Dei gratiam seinceps tenere, variis  
omnino evitare possit. Sed et humaniore literatura sic medi-  
ocriter tinctam, ut inter quoscunque tandem versabitur, pro  
παιδευθῆναι minime sit facturum. Hic est magnus ille πρῶτος  
Christianorum, quem Apostolus cum ἀρχαῖς conjunctione  
de celebrat. Hunc si filius Tuus quocunque tandem summa  
est consecutus, plus jam habet, quam magnos pecuniarum the-  
saurus, quos aliquando accipere potest. Quam placere dicitur  
est à Crisostomo, exerceudos esse ad virtutem atque pietatem  
molles filiorum animos: cetera omnia secundo loco qua-  
renda? Nam siquidem illi, inquit, improbi fuerint, nihil ex  
pecunia proderunt: sin autem probi, nihil ex paupertate  
ludentur. D. Letrum, cui non parum debere gaudeo, non est  
cur Tibi, Vir Magnifice, commendem. Tolum se vobis impen-  
dit, quantum sivit afflicta aliquando valetudo, quam hoc semper  
tibi utique videtur collegisse. Nec dubia hactenus, immo sin-  
gularis Tua in eum fuit tam benevolentia tam beneficen-  
tia, quam mihi predicavit ipse non semel, quaque fretus eti-  
am porro ad metam studiorum suorum se patrocinio tuo con-  
tendere posse confidit. Sed quid? Ego alios apud Te commendare  
homo nullo tibi officio notus? At non ignota mihi est virtus  
et pietas tua, quam celebratissimam esse novi vel ex libris  
amici mei Sebastiani Ambrosii, quibus filium tuum propter  
præclara tua in Ecclesiam merita magnopere mihi com-  
mendavit. Si tamen plus ausus videbor, quam conveniebat, in  
et charitati Christianæ, que gratulatur veritati, omnia pre-  
vat, omnia audent, et observantia in te me adscribas pro  
Deum verò salutem misericordiarum toto pectore oro, ut et  
Te et fratres omnes in fide et veritate magis magisque stabili-  
liat, et faciem suam contra eos ponat, qui vos perturbant.  
Nos hinc jam dudum etiam cum variis luctamur monstris.  
Sed qui mundo infirmus videtur, in nobis est potens, et mirabilis  
quotidie

quotidie operatur in oculis hominum. Variis machinis adhuc  
 Satan tentavit deicere veritatis arcem, per sua organa (Pda-  
 kera). Primum enim Ubiquitatis portentum invenit, ac dixit quasi  
 Gorgonem quendam objecit: Postea cum non proficeret, movit  
 literas de Baptismo, de universalis redemptione, de Predestinatione,  
 Sed cum ne his etiam proficeret, nuper artificem invenit, qui  
 Calvinum Judaizantem calumniis, supra quam dici potest, impu-  
 dentissimis, conflaret, nimirum qui huc quasi stratagemata  
 non modo eruditissimos Calvini commentarios in Bibliopoliis  
 et manibus discentium exenteret, sed et Ecclesias nostras, quae  
 illum non damnant, Judaica perfidia libem facile affunderet.  
 At illis quidem superioribus parum amplius noventur cor-  
 dati, qui utriusque partis scripta persolvant. Hoc vero postre-  
 mo non paucos passim turbari, amici ad me perscribunt, et  
 a me, cujus nomine libellum illum sarcastice dedicatum  
 vident, responsum flagitant. Atque nisi occupationes Typographi  
 detulissent, utique jam legerent Calvinum Orthodoxum, quem  
 proinde paulo post, volente Deo, accipient. Quod subitico, re-  
 non prodiverit illud, si forte istuc etiam venerit, quemquam  
 perturbet. Sed nimis ego ad Te multa. Dominus Jesus Te  
 Ecclesiae et Republicae evergetur dia servet, omniq; bene-  
 dictionis genere familiae Tuae vicissim benedicat. Hanc  
 vero studii in te mei testificationem, cum alia nunc non  
 debet, ut aequi boniq; facias, oro. Heidelbergae. 25. Martij  
 1594.

D. Johanni Guilhelmo Nuxio Theologo  
 Tigurino.

262)

Mitto ad Te, Vir Clarissime, Epistolam monitoriam Tubingen-  
 sium Theologorum ad Samuelem Huberum, tractatorem Wi-  
 ttebergensem de tribus controversis scriptam, cum ex Missiva  
 primum huc venisset, licet plurimis in locis mendosissime  
 descripta, quae partim conjecturis, partim ex scripto Huxij  
 adversus Huberum Francofurti recens edito restitui, no-